



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

Præloqvivm oder Erinnerung.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

S.
t
I
P R A E L O Q V I V M
oder Erinnerung.

A
S seind zween Wege
in vnserm vielgelieb-
ten Teutschlande in
Pœnal- vnd Male-
ficksachē zuuerfahren.

Una per extraordinariam; altera,
per ordinariam: Von jenem Wege
disponirt *Constit. crim. art. 6. sub Ru-
brica*, Annehmen der angegebenen
Vbelthäterē von der Obrigkeit vnd
Amptswegen / ic. Aber von dem
andern Wege saget daselbsten der
art. 11. Rubrica est, von Annehmen
eines angegebenen Vbelthäters / so
der Kläger Recht begehret / ic. von
beyden sämtlich *artic. 46. in verb.*
wann man den Gefangenen pein-
lich fragen will / von Amptswegen

B

oder

oder auff Ansuchen des Klägers / *re*
 ubi notāda sunt verba, von Amts
 wegen; nihil aliud denotantia, quæ
 inquisitionem sive generalem, sive
 specialem, officio magistratus, quæ
 plerunq; tænen ad ordinariā juris vi
 revoluitur: quoties n. q̄s nō à futu
 ro: accusatore defertur, sed cōtra fa
 cinorosos ex officio inquiritur; to
 ties extraordinario inquisitioni
 modo res agi dicitur: & exinde au
 planè extra ordinem cōtra Reos pro
 ceditur, vel jure privilegiorum, & cō
 suetudinis locorum, vel ex naturā ipso
 rum criminum exceptorū, veluti Ma
 giæ, hæresis, læsæ Majestatis & c. *at*
 ad ordinarium processum reditur, a
 sūptolegitimo judiciorum ordine

Hoc innuit constitutio crimi
 nalis sub Rubrica, von einem ge
 meinen Bericht / *re*, ubi ab art. 18

usq; ad *art.* 188. de processu per accusatiōem instituto tractat, ab initio ordinario: verum *d. artic.* 188 & *seq.* ejus processus meminit, qui ex officio magistratus principium habet ab inquisitione nullo actore, sive accusatore Reum deferente, ubi ipsa quidem inquisitio processum ab executione capturæ inchoat, sed tamen progressu suo Magistratus, rerum fiscalium administratorem accusatorem constituit jure filci, **den Land Fiscalen / Als Ampts Ankläger.** Atque hæc est, quam constituere volui, extraordinariæ, & ordinariæ viæ differentiâ, quæ probè notanda:

Quamvis igitur frequenter Magistratus ex officio inquirat, Reūque suspectum capiat, atq; ita extraordinem ab initio procedere dicatur;

tur; attamen constituto postea accusatore, ordinem juris & constitutionum criminalium præscripta, servare tenetur. Quomodo sequitur daß der ordinarius rerum criminalium processus, welcher sonst in gemeinẽ brauch vnd obunge ist / dupliciter instituiret werde / ent weder durch die Obrigkeit / præviâ inquisitione procedendo ad capturâ vñ darauff vermittelts eines Fiscals außgeföhret / oder aber durch privat Personen / Als peinliche Ankläger angestelllet vnd geendiget. Extra ordinem vero verfahren in Criminalsachen vel certi quidam Magistratus, welche hierüber sonderliche Freyheiten / auch Königlische vnd Keyserliche Privilegien / oder Begnadigungen haben / wie gemeiniglich bey vornehmen Erbo
frey

Frei vnd Reichsständen also herkommen / oder ex concessione imperatoria im Gebrauch gehalten wird: vel Magistratus omnes, veluti in criminibus exceptis, præsertim veneficii, crimine, ut ita loquar, exceptissimo, ob ipsam scilicet ejus enormitatem, pernitiem & obscuritatem; Dahero vnd insonderheit solchem Laster einer jedē Christlichen Obrigkeit / so viel Menschlich vnd möglichen / zustewren / vnd durch gebürende Mittel abzuwehren geziemet / per ea quæ habentur in l. 3. verb. curet is qui provinciæ præest, malis hominib. provinciam purgari. § l. 13. ff. de off. præsid.

Quod vero in criminibus exceptis planè extra ordinem, hoc est ordine juris cōmunitatis non serua-

to Magistratibus omnibus procedere liceat, ea communis est *Criminalistarum* sententia, de qua Menoch. *de arbit. quest. 84. n. 9.* Masc. *concl. 1385. n. 13.* Clarus *in S. 1. ante n. 10. & 11.* Grammat. *decis. 36. n. 2. & 3.* Roland. *cons. 7. n. 5. & lib. 1. Capric. decis. 31.* Vide quos alios citavimus infra *in decisione questionis 16.* & huc confer quæ ibidem dixim⁹. Est nihilominus hæc sententia cū grano salis accipienda et sic explicanda, daß solches nicht dahin zu verstehen / daß ein jede Obrigkeit ihres gefallens vñ d Willens gegen den armen Gefangenen handeln solle / Sondern daß gleichwol extra ordinem, sive non servato juris ordine, die Missethaten erkündiget / darüber erkant vñ geurtheilet werden möge / secundum tamē

lege

leges & jura, das ist / nicht ex propria conscientia & affectu, sondern nach Außweisung der Rechten vñ deren bewehrten Lehrer / atq; hoc est procedere absq; juris ordine secundum leges. Unde quamvis jura dispensent circa nonnulla jure ordinario & positivo requisita in procedendo, & circa personas testium, sicuti dicemus infra in decisionibus questionum, q. 8. q. 16. & q. 18. sed tamen id non nimis producendum, equidem ita ut quoq; V. G. absq; legitimis indiciis precedentibus aliquis torqueatur, quod nec ulla jura, nec æquitas permittunt, eleg. Farin. *question. crimin.* 37. n. 90. vel etiam testibus injuratis credatur, welches nicht allein ein sehr gefehrlicher Handel / sondern auch ein widerrechtlicher Mißbrauch were / ge-

gen jemand mit peinlicher Fragen
 zuverfahren/ vnbeendiget der abge-
 hörten Gezeugen / Et quis enim
 inficiabitur, in causis pœnalibus
 non audiri nisi testes juratos, cum
 Pontifex in cap. nuper nobis, de testib.
 testi injurato, mandet, ne adhibea-
 tur fides, quantūcūq; religioso in-
 præjudicium alterius, adde l. juris-
 jurandi. 8. C. de testib. ubi Imperator
 Constantinus rescripsit his verbis,
 jurisjurandi religione testes prius,
 quàm perhibeant testimonium,
 jamdudum arctari præcepimus.
 Gail. lib. 1. obs. 101. n. 1.

Quare hoc diligenter obser-
 vandum, Dahero/ ob wol eine
 brigkeit vnd Richter/ in dem er auff
 dieses Zauberrey Laster inquirirt,
 nicht schuldig ist den alten Juridis-
 schen Proceß in allem zuhalten / so
 ist es



ist er doch verpflichtet / solche Maß
 vnd Ordnung anzustellen / vnd zu
 haben / welche dem Göttlichen vnd
 Natürlichen Rechten gemess ist:
 Vnd dann auch denselbigen Pro-
 ceß / welcher in aliis criminibus ex-
 ceptis, oder privilegirten Lastern /
 so wol von gemeinen als particula-
 ren vnd besondern Ländern Rechte
 vorgeschrieben werden / mit fleiß zu
 obseruiren vnd zubehalten / damit
 nicht etwan im Fall er diese Ordo-
 nung umbstossen / oder überschrey-
 ten würde / seine Acta vnd Rechts-
 sprechung hernacher als vngut-
 tig vnd nicht erkläret vnd niederge-
 leget werden.

Atq; hoc est, quod monuit ac
 voluit Delrio *lib. 5. disquis. Magic.
 sect. 1. in fine.* ubi ita respondet, non
 arctari in hoc crimine iudicem ad



priscas solennitates, neque ad ordinem illum publicorum judiciorum antiquum, quem exolevisse scribit Paulus J.C. in l. 8. de public. judic. sed tamen teneri sequi eum ordinem juris, qui æquitati naturæ consentaneus est; eum præterea, quem in criminibus privilegiatis sive exceptis, jura communia & particularia locorum præscribunt; quem qui turbet aut negligat ejus judicialia acta nulla forent. l. 16. C. de pœnis. Jedoch erfordert gleichwol auch dieses laster als crimē exceptissimum vor andern etwas besonders/ bey welchem zu procedirē/ wie sich ein getreuer Richter zu verhalten habe/ kan er auß gegenwertigem Tractat klärlich abnehmen und verstehen.

NECES-



NECESSARIA ALIQUOT MONITA.

ANtequàm verò ad rem ipsam accedamus, de quibusdam veluti principiis & iudici ante inchoandam inquisitionem specialem & capturam, apprimè observandis, admonebo. *Primum est: habeat inquisitor & iudex seper oculos præceptum illud Christi apud Matthæum 13. v. 29. ubi servus ad eradicanda Zizania suam operam intempestivè quasi obtrudentibus: vis imus & colligimus ea, respondet paterfamilias: non: ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraq; crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus: colligite primum Zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.* Ubi generalis regula præscribitur omnibus Magistratibus, ut si quod crimen puniri & extirpari non possit, non solum absq; certa pernicie, sed etiam morali periculo innocentium (quod nempe significatur per particulam *Forte*) abstinendum potius sit ab ejus criminis punitione, idq; divinæ

vinæ vindictæ in extremo iudicio relin-
quendum, quàm ut intēpestivo ac per-
niciolo zelo innocentes simul cum no-
centibus perimantur, sicuti optimè &
piè admonuit Iudices Tannerus *in proces-
su adversus veneficas q. 1. n. 6.* Quare ad in-
quisitionē ac processū contra sagas insti-
tuendū faciles non sint, cuius finē postea
difficiliter invenire poterunt; extrema i-
gitur, si non urgeat necessitas, præstat
habere manum de tabula; idq; maximè
quia videmus hodiè inchoato semel e-
jusmodi processu, adeo numerum puni-
endorum multiplicari, ut nullus prope-
modum sit finis ac numerus eorūdem.

Alterum est: Habeat similiter Inquisi-
tor & iudex semper ob oculos sententiā
æquissimi iudicis Dei, qui ipsi etiam *So-
doma* integræ civitati, quamvis gravissi-
mo ac infando scelere infectæ, se parsu-
rum esse sponndit, non solum si ex toto
numero, inter homines adultos, quin-
quaginta, vel quadraginta, vel triginta,
vel viginti, sed etiam si vel ex omni nu-
mero decem iusti fuissent inventi, ipso
Abrahamo ita pro salute populi Deo
sup.

supplicante, *Genesis* 18. v. 25. Absit à te,
ut rem hanc facias, & occidas justum cū
impio, fiatq; justus sicut impius: non est
hoc tuum, qui judicas omnem terram:
nequaquam facies judicium hoc. Qua-
re maximè cavendum, ne sit incircum-
spectus ac nimis rigidus Judicium proces-
sus, ac ideò si ipsi viderint in isto proces-
su inter decē aut etiam viginti nocentes,
vel unam simul personam innocentem
ejusdem pœnæ infamiæq; communione
esse involuendam, tunc ab ejusmodi
processu, ipsaque adeo etiam, si aliter fie-
ri non possit, punitione ac inquisitione
ipsarum etiam nocentum, vel planè ab-
stineant, vel quod tutius eundē inchoa-
tum citissimè finiant, idque ob gravissi-
ma incommoda & pericula, quæ proces-
su ejusmodi diu, & per aliquot annos
continuato, toti communitati immi-
nent, neque enim aliter fieri poterit,
quin ita simul innocentes cum nocenti-
bus, eodem supplicio, quasi generali
quodam incendio aut diluvio omnes in-
voluantur. Quomodo, quod dolen-

per

per eiusmodi processum incircumspectum
 continuatum propemodum feminas
 omnes absumptas esse: Unde probatur
 quasi quoddam ac dedecus ipsius Catho-
 licæ religionis oritur.

Tertium est: Cum Judicibus in omni-
 bus criminibus puniendis circumspectum
 tum maximè in causa strigum & Sagarum
 ita procedendum est, ut ne ex
 processu, secundum prudens iudicium
 morale & frequens creetur periculum
 ipsis etiam innocentibus, quod in di-
 turno ac pluribus sæpè annis continu-
 to processu eveniet facilè; Quoniam
 ex communi & veriore sententiâ, nomi-
 nationibus complicum in hoc crimine
 necessariò aliquid credendum est, de
 quo infra in decisione quæstionum dico-
 mus pluribus, hinc si vel denunti-
 tiones eiusmodi illegitimè ac per iudicium
 imprudentiam aut intempestivum Z-
 lum, per gravissima tormenta extorqu-
 antur, vel etiam nimium & indifferen-
 ter, citraque probabilem causam scien-
 tiæ adjectam deferatur istis denunciati-
 onibus, fieri non potest, quin si processus

eiusmodi continuetur, tanta sequatur multitudo Sagarum, quæ quotidie in tribunalibus per torturas ad denuntiandum denuò adigantur, ut vix præter paucas foeminas in aliquo loco eiusmodi denuntiationibus non absumas, aliæ supersint; atque ita talis modus procedendi non parum Catholicæ Religionis nomini & existimationi obest. Hoc tamen de nominatione dictum, non sic accipi volo, quasi malum istud ex illâ oriatur, sed ex imprudentiâ potius aut temerario Judicum imperitorum Zelo.

Omniò igitur & sedulo attendendum, quibus Nominationes complicum vestiantur circumstantiis, quam habeant scientiæ causam adjunctam, & numne alia indicia hisce adminiculentur, quæ ut plurimum & propemodum omni casu concurrere solent. Sed dicemus de Nominatione ejusque fide infra pluribus.

Quartum est: Non statim præsumant Judices, eos, qui Magiæ seu veneficii nomine capiuntur, ordinariè esse, aut habendos esse, velut de crimine jam sufficienter convictos; quin magis & jure & facto

facto existimandum, fieri posse ut revere-
 ra sint innocentes. Ex quo sequitur, iis
 dem quamvis jam captis, locum & facultatem
 esse concedendum, quo se ab ob-
 jectis & impositis criminibus purgare at-
 que ita in libertatem restituere possint.
 Non itaque statim ac quisque captus fu-
 it, incontinenti ad torturam debet rapi,
 sed cogitandi ac deliberandi aliquod
 spacium dari, siquidem jus naturale exi-
 git, ut cuique integra sit sui defensio. Quo
 modo verò in illa summa animi conster-
 natione & terrore, qui ex tam repenti-
 na & misera honesti status dejectione
 necessario concipitur, integra conste-
 sui defendendi facultas? Possunt qui-
 dem Rei statim ac capti sunt, etiam pri-
 usquam ad carcerem ducantur, à iudice
 examinari, suadente Valent. *disp. 6. quest.*
13. punct. 4. §. 4. quod ipsum tamen non
 satis expeditum putaverim siquidem
 etiam innocens quidam, ex concepta a-
 nimi perturbatione, facile aliquo præju-
 dicio, corde titubante ac lingua vacillan-
 te, se onerare, ob quod difficillimam su-
 bi redderet deinceps sui defendendi fa-
 cultatem.

Quin

Quintum est: quod hinc consequitur: Ergo necessario etiam in causa beneficii dandam esse Reo copiam indiciorum, & concedendum esse Advocatum qui defendat: Et quamvis alii in criminibus exceptis sufficere velint indicia Reo proponi; eumq; incontinenti cum suis defensionibus audiri; hancq; praxin quibusdam locis receptam approbet Delrius *loc. cit. q. 37.* nihilominus *Patavini Doctores* oppositum consuluerunt: & communi jure statutum est, ut reis detur indiciorum copia: idq; etiam in crimine *lesæ Majestatis*, aliisque atrocioribus, ut communis habet *Dd. sententia*, apud *Clar. q. 49. Farin. q. 39. n. 41.* & *Lessiũ de Justit. lib. 2. c. 30. n. 39.* adeo ut *Joan. Moticel. reg. crim. 4. n. 3.* assermet, nullibi in jure contrarium reperiri. Certè si Reis concedendus est Advocatus, ut ipse *Delrius d. lib. 5. in app. 2. q. 38.* asserit, non video, quomodo copia indiciorum Reo denegari possit. Et quamvis à quibusdam Doctoribus probetur, ne in hoc crimine Reis dentur Advocati, eaq; opinio prima facie aliquid probabilitatis habere videatur;

eam tamèn revera non esse securam, dicit Delrio *d. q. 38.* ac proindè omnino tenendum, etiam in exceptis criminib. non posse denegari Reis Advocatum. Quam sententiam, *inquit Delrio,* unanimiter tenuerunt in suis consiliis Doctores *Ingolstadienses* anno 1590. & rursus anno 1601. *Friburgenses, Patavini, & Bononienses:* & est recepta praxi Inquisitorum in hæresi, cui nostrum crimen exæquatur, & communi Doctorum calculo approbata, *speciatim Sprengeri part. 3. malefici Maleficarum, Clari §. hæresis numer. 17. Bossii, de indic. contra tortur. n. 78. infine.* Atq; hujus sententiæ hæc potest dari ratio. Est enim juris naturalis, ut nemini, etiam in judicio, justa sui negetur defensio; adeoq; ut qui per se nequit, possit se per alium defendere: at verò mulieres pro sagis denunciatae plerunque sunt rudes, illiteratae, simplices, timidae, nec se norunt defendere: Ergo debent per alium defendi; alioqui illis indirectè tolleretur defensio, quæ nulli tollenda. Idem etiam conforme est juri communi, *l. si non defendantur. ff. de pœnis, & Constitutioni Carolinæ art. 14. ubi vetatur, ne ad*

carcerem aditus iis præcludatur, quorū
opera ad defensionē suā rei uti cupiūt: &
expressius *art. 47* ubi ratio simul additur;
quoniam alij ex simplicitate, alij ex terrore ne-
queūt suas defensiones proponere. Neq; verò
in iis, quæ sunt juris naturalis, ullū est di-
scrimē *exceptorū, & nō exceptorū criminū* &
quamvis in crimine lætæ Majestatis divi-
næ & humanæ, itemq; in furibus insigni-
bus & grassatoribus, seu latronibus via-
rum, *quando notorium est*, reum esse hære-
ticum, rebellē, seu cōspiratorem in Prin-
cipem, assassinum, aut insignem furem
vel latronem &c. communi jure negetur
Advocatus, *juxta cap. finale de hereticis, in*
6. & legem. Quisquis. §. Deniq; C. ad legem
juliam. & leg. per omnes. Cod. de defensione ci-
vitatum; tamen antequam constet, reū
esse talem, Advocatus conceditur, ut ex
communi sententia, & ipsa praxi docēt
Julius Clarus. *d. §. hæresis, num. 16.* Farina-
cius *qu. 39. n. 109. & 167.* Confer quæ dicā
infra ad tit. seq. 3. Tandē *sexto sedulo*
monēdi sūt Inquisitores & judices, ne dū
adversus Sagas procedunt ac inquirunt
hoc axioma quasi indubitatum præ ocu-

lis habeant Deū nō permissurū, ut in processu
adversus striges inchoato, innocentes damnati
pereant; & exindē in criminibus exceptis
fibi concessā arbitrādi licentiā abutā.
 tur. Equidem etiam cum Binsfeldio
tract. de conf. malefic. membr. 2. post conclus.
7. ait Delrius lib. 5. disquisit. in append. 2.
q. 1. Vix unquam permissum reperiās,
innocentes nominari. Quod si nomi-
nati, mox eorum innocentia, DE O sic
disponente, palam fit; verum tamen hoc
non nimis generatim, sed restringen-
dum & intelligendum est nempe si pro-
cessus legitime ac debito modo institua-
tur; cæterum si processus ejusmodi mi-
nus cautē & circumspectē peragatur, nō
immeritō timendum ne quandoq; inno-
centes cum nocentibus pereant, hoc i-
pso enim quo processus illegitimus insti-
tuitur, morale periculum innocentum
continet, legitimus vero procedendi
modus per se ac sua natura cum pericu-
lo innocentum non ita moraliter con-
junctus est quamvis etiam in legitimo
processu aliquando contingere possit,
etsi rarius ut condemnetur innocens,
 veluti

veluti secundum allegata & probata de
quo dicemus infra tit. 6. quod igitur ut
omni casu & studio præcaveatur, inser-
vient ea quæ in titulis subsequen-
tibus ad legitimum processum for-
mandum sub-
jiciemus.

TITULUS PRIMUS.

Wes sich der Inquisitor o-
der Richter / Er sey Geistlich oder Welts-
lich / bey der specialischen Inquisition / so
er gegen ein Zauberische Person vor-
nehmen will / zuverhalten
habe.



Amitt der verständige
Richter mit guter manier
vnd ordentlichen Rechten
procedire vnd handle / vnd
nicht jederman / darumb
allein / weil einer von bösen vnd verlognen
Leuten etwan dieser Ubelthat halber ist bes-
rächtigt worden / zur Gefengniß bringe ;
ehe dann er wider solche beklagte Zauberi-
sche